

INCIPIT EPISTOLA VIGINI<sup>1</sup> PAPAE DE FIDE ET RELIGIONIS<sup>2</sup> CAUSIS.

[H. 1] Viginus<sup>3</sup> in Christi nomine almae<sup>4</sup> urbis Romae episcopus cunctis in<sup>5</sup> apostolica fide et doctrina degentibus<sup>6 7</sup> salutem.

Carissimi, deus filium suum misit in similitudinem<sup>8</sup> carnis peccati et de peccato<sup>9</sup> damnavit peccatum  
 5 in carne, ut<sup>10</sup> iustitia legis impleretur. Filius<sup>11</sup> non secundum deitatem solam a patre missus est,  
 sed secundum carnem, quam clementer et pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod  
 semetipsum exinanita<sup>12</sup> maiestatis suae potentia idem se<sup>13</sup> filius miserit, apostolus contestatur et<sup>14</sup>  
 dicit: Semetipsum exinanivit formam servi accipiens, humiliavit semetipsum, factus oboediens usque  
 ad mortem, mortem autem crucis. Et<sup>15</sup> Isaias: Non<sup>16</sup> legatus neque angelus<sup>17</sup>, sed ipse dominus  
 10 veniet et salvabit eos. Item ibi: Palam apparui non quaerentibus me. Et Hieremias: Dereliqui  
 domum meam, dimisi hereditatem meam, veni et factus sum illis in opprobrium. Et in Michea:  
 Ecce dominus veniet, et commovebuntur montes sub eo. Et in Zacharia: Gaude et exulta filia  
 Sion, quia ecce venio<sup>18</sup> ego et commorabor<sup>19 20</sup> in medio tui, dicit dominus. Et apostolus ad  
 Timotheum: Humanus<sup>21</sup> sermo et omni acceptione dignus<sup>22</sup>, quoniam Christus Iesus<sup>23</sup> venit in hunc  
 15 mundum peccatores salvos facere. Et Malachias: Ecce subito veniet in templo<sup>24</sup> suo dominus<sup>25</sup>,

---

**Quellen:**

4f.: *Carissimi-impleretur*, Rom. VIII. 3. 4.

5-45: *Filius - minoretur*, Idacii Clari lib. adv. Varimad. (p. 728, 729). Cf. Pelag. I. pp. ep.

**Rezeption:**

4-45: *Carissimi – minoretur*. Coll. Ans. ded. VIII,6.

---

<sup>1</sup> YGINI V630

<sup>2</sup> DE RELIGIONIS] RELIQUIS V630

<sup>3</sup> Yginus V630; Iginus VD38

<sup>4</sup> am Rande clare sancte VD38

<sup>5</sup> in fehlt I83

<sup>6</sup> am Rande viventibus VD38

<sup>7</sup> vegentibus I83

<sup>8</sup> similitudine VD38

<sup>9</sup> am Rande De hostia corporis sui quod pro nobis obtulit in cruce Nam in vetri testamenti ipsa hostia dicebatur peccatum que pro peccatis offerebantur VD38

<sup>10</sup> ac VD38

<sup>11</sup> am Rande filius non secundum deitatem solam a patre missus est sed secundum carnem V630

<sup>12</sup> interlinear quais annullata VD38

<sup>13</sup> se fehlt V630; VD38

<sup>14</sup> et dicit] qui ait I83

<sup>15</sup> Et fehlt N442; I83; VD38

<sup>16</sup> am Rande non missus VD38

<sup>17</sup> angelus korr. aus angelus d VD38

<sup>18</sup> venio ego] ego venio I83

<sup>19</sup> am Rande habitabo VD38

<sup>20</sup> commovebor I83

<sup>21</sup> am Rande carus pretiosus VD38

<sup>22</sup> dignus korr. aus dignos V630

<sup>23</sup> Iesus fehlt VD38

<sup>24</sup> templo] templo sancto I83; VD38

<sup>25</sup> dominus fehlt I83

quem vos quaeritis, et angelus<sup>26</sup> testamenti, quem vos vultis. Et in evangelio: Non veni vocare iustos, sed peccatores in poenitentiam<sup>27</sup>. Item ibi: Quid nobis et quid tibi<sup>28</sup>, Iesu, fili dei, venisti ante tempus perdere nos? Item<sup>29</sup> ibi: Venit<sup>30</sup> filius hominis salvare et quaerere, quod perierat<sup>31</sup>. Item ibi: Ego veni<sup>32</sup>, ut vitam habeant, et abundantius habeant. Item ibi: Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. Numquid in his tantis ac talibus testimoniis, quibus se filius dei a semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere ab alio et non a semetipso venisse, dum manifestum est eum<sup>33</sup>, qui carnem nostram dignanter assumpsit, voluntarie et non ab alio missus<sup>34</sup> advenerit? Nam, qui in patre manens, ubique potentia sua consistit, ubi<sup>35</sup> <sup>36</sup>, quo a patre mitteretur, omnino non habuit, quoniam nulla pars caelorum ac terrae a conspectu patris excipitur, ubi secundum vos a patre filius mitteretur? Et Paulus: Renovamini, inquit, spiritu mentis vestrae et induite novum hominem eum<sup>37</sup>, qui secundum deum creatus est in iustitia et veritate sanctitatis. Et ad Hebraeos: In eo enim, in quo passus est, ille temptatus est, nam potens est eis<sup>38</sup>, qui temptantur<sup>39</sup>, auxiliari. Unde sanctae vocationis semper caelestis participes considerate apostolum et pontificem confessionis nostrae, Iesum fidelem existentem<sup>40</sup>, qui creavit eum. Et ad Colossenses: Nunc autem deponite et vos universa<sup>41</sup>, iram, indignationem, maliciam, blasphemiam, turpiaque vel<sup>42</sup> ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri invicem. Exspoliantes vos veterem hominem cum actibus eius et induite novum cum<sup>43</sup> eo, qui renovatur in agnitionem<sup>44</sup> secundum imaginem eius, qui creavit eum. Numquid is, qui universam

## Quellen:

25f.: *et - inquit*, cf. Ioh. II. pp. ep.

<sup>26</sup> angelus *korr. aus* angelos O93

<sup>27</sup> poenitentia V630

<sup>28</sup> tibi Iesu *korr. aus* tibi V630

<sup>29</sup> Item ibi: Venit filius hominis salvare et quaerere, quod perierat *fehlt* V630

<sup>30</sup> Veni I83

<sup>31</sup> periat VD38

<sup>32</sup> veni *fehlt* I83

<sup>33</sup> eum] quod his VD38

<sup>34</sup> missum N442

<sup>35</sup> ubique] ubi quo que *korr. aus* ubique N442; ubique O93; V630; ut ubique VD38

<sup>36</sup> ubi *fehlt* I83

<sup>37</sup> eum *fehlt* V630; I83

<sup>38</sup> ei I83

<sup>39</sup> temptatur I83

<sup>40</sup> existentem] existentem ei I83; VD38

<sup>41</sup> universam I83; VD38

<sup>42</sup> verba V630; vel *fehlt* VD38

<sup>43</sup> cum eo] eum V630

<sup>44</sup> agnitione I83

creaturam, visibilia et<sup>45</sup> invisibilia propria<sup>46</sup> potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum ante<sup>47</sup> aut<sup>48</sup>  
 35 postmodum, quod dicere nefas est, creavit vel facere potuit? Et dominus in evangelio ait: Ego et  
 pater unum sumus<sup>49</sup>. Et<sup>50</sup> iterum: Qui me videt, videt et patrem. Et iterum: Qui me odit, et  
 patrem meum odit. Et iterum: Ut omnes honorificent<sup>51</sup> filium, sicut honorificant patrem. Et iterum:  
 Ut sint in nobis<sup>52</sup> unum, sicut et nos sumus unum, tu in me et ego in eis. Et iterum: Omnia mea  
 tua sunt. Et iterum: Ego in patre<sup>53</sup>, et pater in me. Et iterum: Pater in<sup>54</sup> me manens facit opera  
 40 haec. Et Ioannes evangelista ait: In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus  
 erat verbum. Et iterum ipse ad Parthos: Tres sunt, inquit, qui testimonium perhibent in terra: aqua,  
 sanguis et caro<sup>55</sup>, tres in nobis sunt; et<sup>56</sup> tres sunt<sup>57</sup>, qui testimonium perhibent in<sup>58</sup> caelo: pater,  
 verbum et spiritus, et hi tres unum sunt. Nos itaque in natura deitatis, quia unum sunt pater et  
 filius, nec patrem credimus aliquo tempore praecessisse, ut<sup>59</sup> maior sit filio, nec filium<sup>60</sup> postea  
 45 natum esse ut deitati<sup>61</sup> patris minoretur.

[H. 2] Ceterum<sup>62</sup>, fratres, salvo in omnibus Romanae<sup>63</sup> ecclesiae privilegio<sup>64</sup> nullus metropolitanus  
 absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum,

---

### Quellen:

46-48: *Ceterum - fratribus*, c. 11. Angilr. (c. 23. 30. conc. IV. Carth. cf. quoque Ben. III. 106. II. 363. III. 219). Cf. Luc. 4, Iul. 12.

### Rezeption:

46-49: *Ceterum – fratribus*: Coll. Ans. ded. I,86; Ps.-Remedius c. 31; Burchard I,65; Bonizo III,8; Ivo, Decr. V,174 (46: *Ceterum*] *De cetero*)..

46-49: *salvo – fratribus*: Deusdedit I,15; Deusdedit I,67; Polycarpus II,24,2; Gratian C. IX, q. 3, c. 4.

46-52: *salvo – ducere*: Ivo, Decr. V,99.

---

<sup>45</sup> et invisibilia *fehlt* I83

<sup>46</sup> propria *korr.* zu propriae V630

<sup>47</sup> ante aut *korr.* aus antea ut V630

<sup>48</sup> aut] ut pro I83

<sup>49</sup> sum O93

<sup>50</sup> Et iterum: Qui me videt, videt et patrem *fehlt* V630

<sup>51</sup> honorificent *korr.* aus horificent V630

<sup>52</sup> vobis I83

<sup>53</sup> patre *korr.* aus pat VD38

<sup>54</sup> in me *korr.* aus in O93

<sup>55</sup> caro] et hi VD38

<sup>56</sup> et] et hi VD38

<sup>57</sup> sunt *fehlt* VD38

<sup>58</sup> in] in in I83

<sup>59</sup> vel I83

<sup>60</sup> filium *korr.* aus filio V630

<sup>61</sup> deitatem I83; deitate VD38

<sup>62</sup> Vor *Ceterum Rubrik* DE METROPOLITANIS EPISCOPIIS VD38

<sup>63</sup> rome VD38

<sup>64</sup> *am Rande* honore dignitate VD38

quia irritae<sup>65</sup> erunt aliter actae quam in conspectu eorum omnium ventilatae, et ipse, si fecerit, coerceatur<sup>66</sup> a fratribus.

50 [H. 3] Criminationes<sup>67</sup> <sup>68</sup> maiorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui<sup>69</sup> crimina intendunt<sup>70</sup>, si tamen ipsi digni et irrepraehensibiles apparuerint et actis publicis docuerint<sup>71</sup> <sup>72</sup> omni se suspicione carere et inimicitia atque irrepraehensibilem fidem ac conversationem ducere.

[H. 4] Nec non et peregrina<sup>73</sup> negotia<sup>74</sup> et iudicia prohibemus, quia indignum est, ut ab externis iudicentur, qui provinciales et a se electos debent<sup>75</sup> habere iudices.

55 Nos quidem ex omni<sup>76</sup> parte carpiendo<sup>77</sup> occasiones abscedimus. Nos supernae memores disciplinae qualemcumque<sup>78</sup> cadentibus dexteram porrigimus et a ruinae praecipitio<sup>79</sup>, quos<sup>80</sup> <sup>81</sup> possumus, relevamus, et defensionis adminiculum<sup>82</sup> totis viribus<sup>83</sup> <sup>84</sup> praebere cupimus. Certe vel si mens sit recti conscia, vindicta dignus est, qui<sup>85</sup> alii existit causa periculi. [H. 5] Qui vero

### Quellen:

50: *Criminationes - intendunt* sec. 1. Visig. Rom. Pauli rec. sent. V. 4. 12. aut Ben. III. 246. Cf. Luc. 2, Dion. 4, Iul. 12.

51f.: *et actis - ducere*, Ben. I. 401. (c. 13. conc. I. Arelat.). Cf. Luc. 2, Dion. 4, Iul. 12.

53f.: *Nec - iudices*, Ben. III. 309. aut c. 16. Angilr. (c. 10. C. Th. IX. 1). Cf. Anacl. 15, Fab. 26, Pel. I. pp. 15. Euseb. 17, Iul. 12, Sixt. III.

55-57: *Nos - praebere* sec. Ennod. praecept. VII. (p. 450).

57f.: *Certe - periculi*, Ennod. praecept. VII. (p. 451).

58-60: *Qui vero - eradiceris*, Ennod. praecept. VII. (p. 451).

### Rezeption:

50-52: *Criminationes - ducere*: Coll. Ans. ded. III,97; Gratian C. II, q. 7, c. 52.

<sup>65</sup> *am Rande vacue inanes VD38*

<sup>66</sup> *am Rande castigetur VD38*

<sup>67</sup> *interlinear accusationes VD38*

<sup>68</sup> *am Rande notandum O93; am Rande Quales debeant esse accusatores I83*

<sup>69</sup> *quo, interlinear vel qui V630*

<sup>70</sup> *am Rande obiciunt VD38*

<sup>71</sup> *am Rande apparuerint*

<sup>72</sup> *docuerunt I83*

<sup>73</sup> *am Rande extranea VD38*

<sup>74</sup> *negotia et iudica] et negotia iudicia korr. aus et iudica negotia O93*

<sup>75</sup> *debet I83*

<sup>76</sup> *omni korr. aus om O93*

<sup>77</sup> *carpiendo korr. zu carpando V630; cavendo VD38*

<sup>78</sup> *quacumque VD38*

<sup>79</sup> *am Rande causa deiectione VD38*

<sup>80</sup> *am Rande quantum VD38*

<sup>81</sup> *quo VD38*

<sup>82</sup> *interlinear adiutorium VD38*

<sup>83</sup> *am Rande virtutibus VD38*

<sup>84</sup> *viribus korr. aus viris V630*

<sup>85</sup> *qui alii] quia alia VD38*

innocentem vel fratrem quocumque ingenio persequitur, ipse<sup>86</sup> iugulum<sup>87</sup> mortis inpingit, ut ait  
 60 divinus et beatus praeco<sup>88</sup>: Noli<sup>89</sup> detrahere<sup>90</sup>, ne eradiceris<sup>91</sup>, noli accusare, ne accuseris, noli  
 iudicare, ne iudiceris, quia, in quo iudicio iudicaveris, iudicabitur de te.

Nemo creditur non odisse, quorum relatione<sup>92</sup> <sup>93</sup> non laeditur. Dicit enim<sup>94</sup> dominus: Omne regnum  
 in se divisum non stabit, et omnis<sup>95</sup> scientia et regula adversum se divisa non stabit. Ideoque  
 necesse est, ut<sup>96</sup> concorditer salubres<sup>97</sup> suscipiatis hortatus nihil per contentionem agentes, sed ad  
 65 omne studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus<sup>98</sup> pareatis<sup>99</sup>. Data XVII  
 Kal. Octobr. Magno et Camerino consulibus.

---

## Quellen:

60f.: *noli iudicare - te*, Matth. VII. 2.

62: *Nemo - laeditur*, Ennod. apol. (p. 355).

62f.: *Omne - stabit*, Martin. I. ep. encycl. (Mansi 10, 1179). Cf. Corn. 2, Lib. 3, Greg. ep. ad Felic.

63-65: *Ideoque - pareatis*, Leon. M. ep. 12. c. 9. (1, 666). Cf. Corn. 2, Lib. 3, Greg. M. ad Fel.

65f.: Nota consul. des. ex Vig. vit. c. 1. in libr. pontif.

---

<sup>86</sup> ipse korr. zu ipse in se V630; ipse] ipse sibi VD38

<sup>87</sup> am Rande plagam vulnus VD38

<sup>88</sup> am Rande dominus nuntius veritatis VD38

<sup>89</sup> Noli korr. aus Nolite N442; VD38

<sup>90</sup> detrahere, ne eradiceris, noli accusare, ne accuseris, noli fehlt VD38

<sup>91</sup> eradiceris korr. aus radiceris V630

<sup>92</sup> am Rande narratione VD38

<sup>93</sup> revelatione I83

<sup>94</sup> enim korr. aus e O93; enim fehlt I83

<sup>95</sup> omni I83

<sup>96</sup> et I83

<sup>97</sup> am Rande sanos VD38

<sup>98</sup> am Rande decretis VD38

<sup>99</sup> interlinear oboediatis VD38